premia regni caelorum promittit. & in bono perseuerantibus
tribuit. Regi autem saeculorum immortali. inuisibili. soli do.
honor & gloria in saecula saeculorum. qui mihi ueniam tribuit
non merenti. & ideo frs kmi si in xpo uolumus esse. qui nos
suo proprio sanguine redemit debemus sicut scs iohannes
apostolus dicit. quomodo ille ambulauit. & nos spiritaliter
ambulare. Quid est ambulare sicut ille ambulauit. nisi con
tempnere omnia prospera quae contempsit. non timere aduer
sa quae pertulit. libenter facere quae fecit fieriq; manda
uit. sperare quae promisit. & sequi quo ipse praecessit.
Praestare beneficia etiam ingratis. non retribuere secundum meri
tarua maliuolis. & orare pro inimicis. amare bonos. misereri per
uersis. inuitare auersos. suscipere in caritate conuersos. & aequa
nimiter pati subdolos ac superbos. Ip hoc etiam maiora & sine fi
ne habenda recepturi sumus. si perseueranter eius uestigia teneamus.
ipso auxiliante dno nro ihu xpo. qui uiuit & regnat cum patre
& spu sco. ds per omnia saecula saeculorum amen. EPIPHANIA

OMELIA IN DIE SCO.

Sollemnitas diei praesentis frs kmi.
manifestatio est dni nri ihu xpi. quam propterea hodie uenera
biliter caelebrare debemus. qm in isto die dicitur a magis ab orien
te uenientibus adoratus. Uel quod in eo dns ipse a iohanne in iorda
ne baptizari dignatus est. Uel quia ad nuptias inuitatus. hodier
na die uinum fecit ex aqua. & ideo triplex est ratio huius festi
uitatis. in qua manifestum est etiam mysterium scissimum tri
nitatis. Debemus tamen caritati urae. uel unam ex his paucis uerbis
edissere rationem. Magi quippe statim hora natiuitatis dni. ortam
in oriente nouam stellam uiderunt. & eum adorandum diui
na commoti inluminatione. hierusolimam cucurrerunt. & qui
a stellam nouam uiderant. uerum regem ueramque salutem

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0031